



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Hebræorum fœminas lunulis calceos ornasse conjicit Balduinus ex Jes. 3.
18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

rum calceos ornarunt, id ipsum etiam factitatum est ab illustribus Hebræorum fœminis, si fidem habemus viro elegantissimo Benedicto Balduino. Is enim, cum multa de Patritiorum lunatis calceis differuisset, idem in Hebræorum mulieribus sibi videtur observasse. Idem, inquit, etiam ab illustribus Hebræorum fœminis olim factitatum, facile est ex Isaia colligere: ille enim mulieribus illis, quod in vestibus calceamentisque nimium essent luxuriosæ, divinam vindictam minitans, in die illa, inquit, auferet Dominus ornamentum calceorum vestrorum, & Lunulas, &c. Ubi non obscure liquet, Lunulas illas, seu fibulas, (quæ sane vel erant auræ, vel saltem argenteæ) ad ornamenta calceorum pertinuisse. Putavit videlicet vir eruditus, Lunulas, quas apud Jesaiam post ornamentum calceorum enumerari videbat, ad calceos pertinuisse apud illustres Hebræorum fœminas, quales nempe fuerunt apud Romanos in calceis Patritiorum.

III. Verum erravit hic omnino elegantissimus Balduinus & deceptus

tus

tus est ab interprete Vulgato. Tam facile in errores incidunt, qui Hebrææ linguæ ignari, solos interpretes consulere coguntur. Præcedenti capite ostendimus, *הפארה והעכס* ornamenta compedum esse, quas aureas in Oriente mulieres habuerunt ad ornamentum pedum. Ut plane erraverit Vulgatus interpres, qui ornamenta calceorum transtulit. Sed non minus peccavit cum id quod sequitur *והשבטים* & lunulas reddidit: Etenim hæc. vox non notat lunulas, sed ea quæ sequitur *והשחרות*, quam etiam *μηνίσκους* verterunt Græci interpretes. Si apud Vulgatum verbis transpositis legamus, & torques & lunulas, melius hæc respondebunt vocibus Hebræis. Sed error Vulgati in alium pertraxit Benedictum Balduinum. Nam cum legisset Deum ablaturum ornamenta calceorum & lunulas, putavit lunulas ad ornamentum calceorum pertinere: quod tamen secus est. Etenim licet in Oriente frequens olim fuerit lunularum usus, nunquam tamen lunulæ ornamenta calceorum fuerunt. De Turcis quidem nonnulli

nulli